

369

Gummelkast

100


M-s. 201
3.

295.

Contenta.

1. In epistola Pauli cap. XII - XIII
2. De justificatione (In. per spiritum)
3. De Thaddeus vsorū
4. Clasen de homologia Thomae
5. Rahmacher de syncretismo philosophiae et theologie revelatae
6. Dipp de von temere abrogandis pericopis
7. Pratze de modo agenti cum isto quod fidem conseruant.
8. SijBaumgarten de forma proli a Christo sumpta.
9. Muentzenbecher in Vara loca V. T.
10. De Christo phosphoro nostro
11. De justificatione Chr. p. sp. (cf. n^o 2)
12. W. A. Teller defensio inspirationis divinae scripturarum, & contra enthuſiasmum ^{spiritum} ethicum.
13. De offensione diaboli corporis piorum denegata.

F. A. G. Maay
1795.



10

DE
CHRISTO
PHOSPHORO NOSTRO
AD LOCOS LVC I, 78. 2 PETR I, 19.
APOC XXII, 16.
ITEM DE
DEO PHOSPHORO
PROFANARVM GENTIVM
PROGRAMMA
SACRO CHRISTI NATALITIO
A R S C I C I O C C L V
IN ACADEMIA IVLIA CAROLINA
P P

HELMSTADII
TYPIS B P D SCHNORRII
ACAD TYPogr

III

ACADEMIAE IULIAE CAROLINAE
PRORECTOR
IO. CHRISTIANVS WERNSDORF
ELOQV ET POES P. F. O.
ET ORDINIS PHILOS H. T. DECANVS
CIVIBVS ACADEMICIS

S. P. D.

I

P

racuidet imminentem iam, et conspi-
cuis declaratum signis, promissi ad-
uentum Messiae Zacharias, diuino af-
flatus spiritu, et summae salutis, nunc
exspectandae, affluentiam, coelesti ex-
citatus gaudio, declarat his uerbis:
Ἐπεστέφατο ἡμας εἰνατόλη εἰς νύφες,
Luc. I. 78. Verba sunt egregii intel-
lectus, atque tum diuinitatem uenturi Messiae indicant,
tum salutis gaudiique plenissimam eius apparitionem esse
innuunt. Per *εἰνατόλην* hic non plagam, seu partem coe-
li, qua Sol oritur, sed eum ipsum, qui oritur, intelligi,
per se patet. Sunt, qui putant uerba haec respicere ad lo-
cos Zachariae cap. III, 8, et VI, 12, quibus Messias appella-
tur ΜΙΣΣΙΑΣ, idoque *εἰνατόλην* conuertunt *germen*. Sed licet
germen, radix uel uirga frequenter dicatur Seruator in V.
T. atque in ipsis allegatis locis Zachariae δι. LXIX το Zemach
conuertant per *εἰνατόλην*, perspicue tamen e consequenti-

A 2

bus

bus huius loci uerbis intelligitur, uocem ἀνατολὴν germinis uel uirgaē sensu non ponit, sed potius metaphoram desumit ab ortu Solis uel fiderum. Dicitur enim, nos uisitasse orientem ex alto, ut illustraret eos, qui sedent in tenebris et umbra mortis. Malim igitur, hoc loco respici ad ea V-T uaticinia, quibus natalis Messiae, similitudine ab ortu Solis uel fiderum petita, describitur. Et certe uti uox ΠΝΓ, quae proprie ortum fiderum notat, de aduentu Christi humano usurpatur Mal. IV, 2; Ies. LX, 1, 2, sic etiam graecum ἀνατελλεῖν nativitatem eius exprimit Hebr. VII, 14: ἐξ Ἰεδα ἀνατελλεῖν δὲ Κυριος ἡμῶν. Itaque ἡ ἀνατολὴ h. l. idem est ac ὁ ἀνατελλων, et Christus nascens Soli orienti comparatur. Huic uero appellationi adeo geminum coniunctumque est elogium ΦΩΣΦΟΡΟΥ, quo Seruatorē nostrū ornat S. Petrus Epist. II, cap. I, 19, ut uerba Lucae paullo accuratius consideranti non possit non in mentem uenire. Et Φωτφόρος quidem Graecis subinde ipse est Sol oriens, quod Suidas monet: Φωτφόρος, ὁ το Φως ἀνατελλων, ὁ ἡλιος. Sed sensu magis proprio stellae lucidae et matutinae competit, quae Solem orientem praecurrit, et diem annuntiat. Et quo magis intelligamus, Christum a Petro cum stella matutina comparari, ipse Seruator uocabulum τε Φωτφόρος interpretatur, dum in Apocalypsi Ioannis, XXII, 16 de se praedicat: ἐγώ εἰμι δόσην δὲ λαμπρός καὶ σέφενος. Mihi uero ista appellatio tam ampla et magnifica, tam uero ad memoriam nati Seruatoris, cui iam sacra facimus, pie religiose recoleendam accommodata uisa est, ut cum feriae Christi natalitiae more sollemni et scriptione publica indicande essent, uix alio in arguento operam me melius positurum existimarem. Etenim huius imaginis, quam tanquam Φωτφόρος nobis Christus fistitur, ea species atque uis est, ut Christi nascientis aeternam excelsamque maiestatem, et salutarem Filii Dei aduentum excellenter ob oculos ponat. Scilicet ἡ ἀνατολὴ ἐξ ὑψους ἐπεσκεψατο haud aliud

v

aliud significare uidetur, quam quod S. Paulus dicit i Tim.
III, 16, ὁ Θεος ἐφανερωθεὶς εἰς σαρκί, aut ut S. Ignatius exprimit,
(ad Ephes. §. 19.) Θεος αὐτοθεωπινός ἐφανερωθη. Nos operam
dabimus, ut collatis aliis locis, ad institutum nostrum fa-
cientibus, excellentia et maiestas diuini ΦΩΣΦΟΡΟΥ in-
telligatur.

II

Duo sunt praecipue, quae in phosphoro, seu stella
matutina, spectari maxime solent, et ad Christum in sa-
cris literis referri uidentur, splendor huius stellae eximi-
us, antiquis et recentioribus scriptoribus celebratus, atque
ortus eius matutinus. Illo diuina Christi maiestas, hoc
utraque eius generatio, tum quae ab aeterno, tum quae
humanitus facta est, quodammodo indicari designarique
uidetur. De utroque tantum dicemus, quantum eius rei
commode fieri poterit. Generatim lucis nomen signifi-
cationem habet maiestatis, gloriae, felicitatisque, et in
sacris maxime literis, quod magnificentum, excellens et di-
gnitate eminens est, cum luce frequentissime comparatur.
Hinc ipse Deus sensu eminentissimo dicitur lux, propter
summam essentiae diuinae puritatem et sinceritatem, ab
omnibus ignorantiae et malitia tenebris alienissimam, i
Io. I, 5. Neque obscurum est, purissimam Dei naturam
et nulla mentis acie [assequendam, cum ipso Sole in sacro
codice comparari. Quo pertinet, cum Deus lucem di-
citur inhabitare απροστότων, quem nemo hominum uiderit,
nec uidere possit, i Tim. VI, 16, et cum idem πατήρ τῶν
φωτῶν uocatur; apud quem nulla sit παραλλαγὴ, οὐ τερπῆς
ἀποστολία, Jac. I, 17. Sol enim, quod uehementissimum
lumen habet, humano obtutu adspicere nequit, ipseque pa-
ter luminum a poetis frequenter uocatur, *) quod fons

A 3

est

*) PROCLVS LYCIUS in hymno
Solis apud FABRIC. Bibl. gr.
Tom. VII, p. 508:

Κλαδί πυγος νοέσα Ευσίλεν, χρυ-
σην Τίταν,

est omnis lucis, eamque non orbi solum nostro, sed ceteris etiam planetis commodat. Quoniam igitur perfectissima Dei essentia lucis candidissimae, ipsiusque Solis instar habet in sacris literis, liceat iam primam nominis Φωτόρες, Christo tributi, rationem inde repetere, quod Christus, ut aeternus Dei filius, communicatae sibi habet essentiam diuinam. Nam ut Phosphorus lucem accipit a Sole, fonte luminis, sic filius Dei diuinam gloriam accepit a Patre luminum Jac. I, 17, et fonte diuinitatis. Habet gloriam Dei in facie sua resplendescensem: est lumen de lumine, ut Patres Nicaeni dicunt. Haec quidem comparatio, iusto latius extendenda, aut ad extenuandam Christi maiestatem trahenda non est, sed tamen sacra Scriptura diuinam naturam, quam filius Dei habet a Patre, redditae aut communicatae lucis symbolo ipsa ex-primit. Nam Filius Dei dicitur ἀπανγελτος της δόξης τε Ηλέως, Hebr. I, 3, coll. Jes. LX, I. Sap. VII, 26. ubi ἀπανγελτος certe est resplendescens, ή δόξη uero claritudo, splendor, et quasi fons luminis, in substantia luminosissima. Quemadmodum Soli et sideribus δόξα tribuitur, I Cor. XV, 41. Nec incommode stella Φωτόρες, Solis απανγελτος dicitur propterea, quod, dicente Aristotele a) semper circa Solem uersatur, eosdemque cum eo cursus seruat. In quo etiam imaginem reperire queas τε Λύρα, quem apud Patrem ab aeterno fuisse Ioannes magnifice prontintiat, Cap. I, 1, 2.

III

Amplius si ortum Phosphori, qui ab oriente Sole procedit, species, uix dubitare poteris, eo nomine ad aet-

• Κλαδί Φάσι τεμα, Σώμασσος ὡ
• ανα πυρη κ. τ. λ.

PAPIN. STATIVS, Theb.

II, p. 139.

aethera tarda

Lucifer exit equo, donec Pa-
ter igneus orbem

Implicat.

a) lib. de mundo, cap. 6.

ternam filii Dei generationem respici. In quam cogitationem me adducit insignis locus Mich. V, 2, ubi Messiae et Iuda prodituri exitus esse dicuntur *ab oriente*, ab aeternitate, יְמִינָתֵנוּ מִקְרָב Singularis sensus esse uidetur uocis מִקְרָב. Saepius ea exprimitur principium huius universi, et omnium rerum initia, aliasque uocabulis ita saepe iungitur, ut omne, quod est anterius siue prius, denotet, Prou. VIII, 22. Eadem uero vox simul aeternitatem notat. Cuius haec ratio est, quod aeternitas in sacris literis ita describitur, ut sit tempus, si tempus dici potest, quod omnia saecula antecessit, et quo nihil fuit praeter Deum. Sic etiam Scriptura, aeternitatem Dei describens, eum dicit extitisse, antequam aliud quid esset, et prius quam mundus conderetur. Quoniam uero omnia a Deo profecta sunt, et ipse nullius rei indiget, propterea non solum aeternitas Dei τῷ Μίκρῳ designatur, sed infinita etiam maiestas et perfectissima beatitudo, qua non solum ipse a se semper extitit, sibique sufficiens fuit, sed omnibus etiam rebus ortum et originem dedit. Talis certe huius uocis amplitudo est, ubi Ps. LV, 20 Deus dicitur יְשָׁבֵ קָרְבָּן inhabitans orientem, uel aeternitatem, hoc est, qui aeternus permanet, uel qui summa gloria et felicitate gaudet, cuius nulla rerum creatarum capacitas sit. Et similis haec locutio uidetur illi Paulinae: Φυσις ὀντων απεργοτετον, 1 Tim. VI, 16. Quoniam uero haec vox simul notat plagam coeli orientalem, quasi anteriorem, Genef. II, 8, hinc intelligitur, summam Dei maiestatem, quae in se est ineffabilis, imagine orientis adumbrari, quoniam, ut a regione orientis omnium ortus siderum, sic a Deo omnia, quae sunt, ortum traxere, mundoque per eius uerbum creato orta sunt tempora et dies. Iam uero perspicue intelligitur, quando allegato Michaeae loco Messiae progressus a principio uel ex oriente memorantur, nihil aliud, quam aeternam eius generationem intelligi, eam uero cum ortu sideris

ita

ita comparari, ut facillime inde ratio appellationis Φωστός queat intelligi. Demonstrat hoc praeter uocem *Kedem*, cuius significationem iam adstruximus, uox Νέοντος, quae, ut hic de Messiae progressu, sic alibi de ortu Solis et siderum usurpatur, Ps. LXXV, 7, ut alios locos taceam, in quibus pari ratione aduentus Messiae cum oriente auro, eodem uocabulo adhibito, comparatur, e. c. Hos. VI, 3. Talis etiam radicus Νέοντος usus est Gen. XLIX, 23. Nehem. IV, 21. Hinc plane gemina loco Michaeae, atque ex eo perita, uidetur Christi nascientis descripicio, quam supra memorauimus, ἀνατολὴ εἰς ὑψος. Neque enim sine cauſa ἀνατολὴ ponitur pro ἀνατελλων, quod oriens, ut diximus, diuinitatis symbolum est. Atque ea magis declaratur, quod additur εἰς ὑψος. Nam summa et glorioſa Dei maiestas describitur altitudine coeli, in quo habitare dicitur; Ps. CXIII, 5. Ierem. XVII, 12. Nascens igitur Messias, propter aeternam eius diuinitatem, oritur ex alto, quod idem, qui nascitur, est ὁ Κυριος εἰς ψηφα, 1 Cor. XV, 47

IV

Sed quo minus obscurum esse possit, diuinitatem Messiae imagine orientis, in qua ratio est appellationis Φωστός, indicari, placet iam allegatis locis addere uerba Apoc. VII, 2: Καὶ εἶδεν ἄλλον ἀγγέλον ἀναβαῖται ἀπὸ ἀνατολῆς ἡλίου, ἐξεργάτη σφραγίδα θεοῦ λαμπτούσην. Interpretes consentiunt, sermonem hic esse de Seruatore, in eo uero discrepant, quod quidam eius natuitatem, alii aduentum eius ad iudicium, alii uero nihil nisi praefentissimum auxilium Christi, ecclesiam suam e periculis eripientis, hic describi existimant. Quicquid sit, sufficit hic intelligi angelum omnibus angelis maiorem, Hebr. I, 4, angelum foederis Mal. III, 1, Seruatorem θεοῦ θεωπον. Manifestum diuinitatem eius argumentum est sigillum Dei, quod habere dicitur. Habet enim illud Filius Dei essentialiter, quia est εἶμον τὰ Θεὰ τὰ αὐτὰ.

διεργάτης, Col. I, 15, et χαρακτηρικός της ὑποσχήτως τα Πάτερος,
Hebr. I, 3. Habet uitam in se ipso, sicut Pater in se ipso
uitam habet, Io. V, 26. Accepit et hoc sigillum, ut alios
obsignet. Hic enim est, quem Pater obsignauit, ἐσφεραγ-
γτει, Io. VI, 27, atque ille obsignat filios Dei spiritu promis-
sionis Ephes. I, 13, εἰς ἡμέραν ἀπολυτεωτεως, Ephes. IV, 30.
Quo certius uero diuinatatem huius angeli demonstrat si-
gillum Dei, hoc magis ei conuenit αὐτοῖς αὐτοῖς αὐτοῖς
ταῖς. Etenim propterea ascendere ab ortu Solis dicitur,
quod Michaeas pronuntiat, progressus Messiae ab oriente
esse, hic uero symbolum diuinae maiestatis est. Sed in a-
scensu huius angeli ab oriente, uel me non monente, de-
scriptionem diuini φωτός facile agnoscis

V

Diximus, nomen Phosphori, Christo tributum, signifi-
cationem habere aeternae eius generationis. Sed ut eius
progressus ab oriente, docente Michaea, ante mundum
conditum et aeterni fuerunt; sic idem nomen mereri filius
Dei uidetur, quod per eum, tanquam Verbum Dei substan-
tiale, mundus est conditus. Quemadmodum enim Phos-
phorus ab oriente effusus lucem diurnam praecedit, eam-
que annuntiat, sic ἐλαύνει τε Θεός lucem primigeniam, pro-
dire iussit e tenebris, dicendo, fiat lux. Videtur uero ἐλαύ-
νος commode appellari Phosphorus, qui ab aeterna Dei
mente prolatus mundum creando effecit, ut dies orirentur
et tempora. Εν δέκτῃ μὲν ἐλαύνος, καὶ παντα διὰ τούτων ἐγενέτο,
Io. I, 1, 3. Quod apud Joannem est δέκτη, hoc apud Michae-
am I, c. dicitur בָּקָר, illudque εἰ LXX per δέκτην conuer-
tunt. Igitur Phosphorus, qui ex oriente בָּקָר exierat,
cum lucem mundi primam prodire faceret, ortum est illud
mane huius mundi, et prima eius dies. Quod respicere
uidetur Jobus, Cap. XXXVIII, 7, cum angelos Dei, qui pri-
ma mundi die creati omnibus uidentur, vocat בָּקָר בְּקָרִים

B

stel-

stellas matutinas. In quo discrimen mihi deprehendere uideor et honorem, quo Christus Phosphorus prae reliquis angelis eminet. Hi enim primo mane huius mundi creati dicuntur, cum ille ex oriente, quem descripsimus, ante mundum conditum prodierit ab omni aeternitate. Hinc ille non solum omnibus angelis superior est Hebr. I, 4, 6, sed et εἰνῶ τε Θεος καὶ πρωτότοκος πατησι κτίσεως dicitur Col. I, 15. Et quoniam angeli Dei stellae dicuntur, Phosphorus uero omnes lumine et splendore superat, hoc magis illud nomen Christo conuenit omnibus angelis superiori

VI

In primis uero nomine et elogio ΦΩΣΦΟΡΟΥ illi notantur Messiae progressus, quando assumta humana natura generi humano tanquam lux salutaris apparuit. Nolo hic eas eruere rationes, quae a natura Luciferi desumptae accommodari quidem Christo et applicari commode possunt, sed certo sacrarum literarum fundamento haud nuntiantur. Quo pertinet, quod sic uero Phosphorus in se est corpus opacum, a Sole uero imminente lucem splendi-dissimam accipit, sic in Christo, propter communicata humanae naturae axiomata diuina, plenitudo θεοτητος habitat σοματινως, Col. II, 9. Mihi potior ea ratio uidetur, quam Michaelas uates, loco saepius allegato, haud obscure indicat. Nam Messiam, cuius perpetuos ab oriente exitus fuisse dicit, hunc certo tempore e Bethlehemo proditurum uaticinatur, uoce ουνια quam de ortu siderum saepius usurpari diximus, de utroque progressu adhibita. Hoc effato nixus ita rationes subduco. Quemadmodum Lucifer continuos circa Solem orbes et cursus agit, idem tamen hominibus certo tempore appetat atque illucescit, ita Christus, qui semper apud Patrem fuit, et cuius exitus sunt ab aeterno, in plenitudine temporis, Gal. IV, 4 exiit e Bethlehem Mich. V, 1, ascendit e Jacob, Num,

XXIV,

XIV, 17, ortus est ex Juda, Hebr. VII, 14. Ipse Seruator de se, Jo. XVI, 28: *Exi a Patre et in mundum ueni, iterum relinquo mundum, et eo ad Patrem.* Natalis Messiae hoc magis cum specie orientis sideris confertur, quod ille dominaturus dicitur Israeli, stella uero insigne maiestatis et regiae dignitatis symbolum apud gentes orientis est, docente Jo. Clerico. b) Phosphori uero quo excellentius est inter stellas nomen, hoc melius conuenit Messiae, omnibus regibus superiori. Et sunt quoque alia, quae de Phosphoro praedicari solent ab antiquis, et Christo, qua homo natus est, apprime possunt accommodari. Phosphorus ab Aristotele c) dicitur stella admirabilis, ab Homerod) pulcherrima. Qualia de Christo etiam praedcantur in sacris literis, El. IX, 6. Pf. XLV, 2

VII

Vaticiniis illis V. T. quibus nascens Christus tanquam ortus lucidissimi sideris describitur, accommodasse uidetur Deus miraculum stellae, quac a Magis in oriente uisa, nuntia eis Christi nati et dux itineris in Iudeam suscepti fuit. Nam et opinionem eam, quam plurimi orientis populi imberberant, incogniti sideris ortu magni regis aduentum praedici, ex riuiulis diuinae reuelationis manasse, haud uereor affirmare. Neque solum scriptae reuelationis fama inter gentes orientis propagata, sed etiam singularis Dei instinctus effecit, ut Magi, uisa stella iuuentata, natum esse Seruatorem, eundemque in Iudea quaerendum, conicerent. Fieri potuit, ut aliqua uatici-

B 2

nii

- b) In Comment. philol. ad Num.
XXIV, 17. Rex Babyloniorum
dicitur Lucifer, filius Aurora,
Jes. XIV, 12. Sic Mennonem,
potentem Aethiopum regem,
Aurora filium, poetae fabu-

lantur

c) Ethic. lib. V, cap. 1

d) Iliad. XXII, 4318:

*Ἐπειγος ὁ καλλίστος ἐπὶ σφράγιον
Ιππαῖς ἀρνητοῖς.*

nii Michaeae, cuius iam saepius mentionem fecimus, forma ad exteros populos perlaberetur. In quo cum dicatur, proditurum esse dominatorem Israelis, eiusque exitus esse ab oriente, מֶלֶךְ־מִצְרָיִם, Magi fortasse, diuino accidente monitu, cum stellam uiderent nouam in oriente conspicuam, ortum regis Iudeorum significari crediderunt. *) Diserte Magi Hierosolyma profecti pronuntiant: εἰδόμεν αὐτὸς τον ἀστέρα ἐν τῇ ἀνατολῇ, Matth. II, 2, quasi regis Iudeorum stella sit propterea, quod in oriente uisa est. Plane enim persuasum mihi habeo, την ἀνατολήν h. l. non esse terras solis ortum spectantes, sed ipsam regionem coeli, qua Sol oritur. Et quo magis hoc perspicuum sit, terrae uersus orientem sitae, e quibus uenerant Magi, a regione coeli, in qua stella apparuerat, plurali numero distinguntur, u. i.: μάγοι ἀπὸ ανατολῶν παρεγένετο. Ceterum annotari meretur, quosdam ueteris ecclesiac doctores existimasse, stellam a Magis uisam fuisse Luciferum, sicut etiam eius speciem et splendorem retulisse. In quam sententiam adducti uidentur uel summa huius stellae, quam afferebant, claritate, e) uel eo, quod phosphorus propter

*) Quin ipsum hoc uaticinium Michaeae, et in eo uocem ambiguam *Kedem*, originem dedisse opinioni, tempore Vespasiani perulgatae, dominum orbis terrarum e Iudea proditum, plane sibi persuasum habent OLEARIVS, *Obseru. in Matth. p. 14.* et P' ZORNIVS, *dissert. de Messiae egressibus, Tom. I, Opusc. sacr. p. 5.* Non obscura illius uaticinii uestigia apparent in commemoratione TACITI, *Hist. V, 13.* Pluribus persuasio inerat, antiquis sacer-

dotum literis contineri, eo ipso tempore fore, ut ualeceret Oriens, profectique Iudaea rerum potirentur. Gemina habet SVETONIVS, *in Vespaf. cap. 4.* Ad quem locum etiam uide CASAVBONVM

e) In qua tamen describenda modum exedit IGNATIVS, epist. ad Eph. cap. 19. et PRUDENTIVS Apoth. u. 617, seqq. assertentes, stellam istam astra reliqua, ipsumque Solem, splendore superasse

prer effata Scripturae S^r Christo maxime accommodatus
nidebatur. *Luciferum nouum* appellat Prudentius, f)
quod summo splendore suo reliqua sidera fugauerit:

*Quique alii horrifiscis pendent in nubibus ignes
Luciferum timuere nouum*

Et defendi haec appellatio quodammodo potest, quod stella
in oriente apparuit. Sed ipsam stellam Luciferi siue Phos-
phori fuisse, quo Christus aduentum suum denuntiaret, o-
lim putauit Marcellus Ancyranus, memorante Eusebio. g)
Atque huic sententiae firmamentum quaequivit e Psalmo CX,
u. 3, ubi interpres LXX graeci sic convertunt: ἐν γυαγεσ
πτῷ Εωτῷος εγενήσα σε. Haec uerba ita interpretatus est,
ac si Psaltes dixisset: Christum ex Maria natum esse, ante-
quam stella Luciferi Magis diem nuntiaret. Quam senten-
tiam retulisse sufficit. Illud addere liceat, ex aliorum sen-
tentia Christum ipsum formam stellae assumisse, et sic
Magis ortum suum denuntiasse. Innuere hoc uidetur Pru-
dentius: h)

*Vidimus bunc, aiunt, puerum per sidera ferri,
Et super antiquos signorum ardescere tractus*

Ne quid dicam de fabula, quam apocrypha Sethi scriptu-
ra, apud auctorem imperfecti operis in Matthaeum i),
exhibit, stellam hanc formam pueri paruuli, crucem su-
per se habentis, ostendisse

VIII

Sed progedimur ad alias diuini ΦΩΣΦΟΡΟΥ ratio-
nes excutiendas. In quibus uel praeципua est, quod Fili-
us Dei, homo natus, uetus et nouum testamentum dister-
minauit, et abolitis ceremoniarum umbris, terroribusque

B 3 et

f) *I. c. uerf. 625*

i) Vid. **FABRICIVS**, *Cod. Pseudepigr.*

g) *Libr. II, contra Marcel. c. 48.*

V'T Tom. I, p. 153

h) *Apoth. u. 65*

et minis legis discussis, lucem plenioris Dei cognitionis et diem salutarem attulit. Lucifer non solum lucem diurnam annuntiat, sed et noctem fugat, stellarumque disparentium ultimus est, adeoque et noctis finis et diei principium est. Frequenter sic Luciferum describunt poetae. Vnum afferam Ouidium: k)

*Diffugunt stellae, quarum agmina cogit
Lucifer, et coeli statione nouissimus exit*

Christus qui *τὸ φωσφόρον* et stellam matutinam appellat, Apoc. XXII, 16, idem tandem ob caussam de se praedicat: *Ἐγώ εμί το Αγαπητό Ζωή, ἀεχτος και τελος, ὁ περιτος και ὁ ἐστηκτος.* l. c. u. 13. Quae si ad uestus nouumque testamentum applicentur, apertum et perspicuum intellectum habent. Nam Christus est *τελος νυμα, τε σκιαν ἔχοντος των μελλοντων αἰγαθῶν,* Rom. X, 4, coll. Ebr. X, 1. Idem uero *ἀεχτος και μεστος* melioris testamenti, Ebr. VIII, 6. *ἀεχηγος και τελεωτης της πισεως* est, Ebr. XII, 2, qui *ζωντης και αφθαρσιαν δια τε εὐαγγελιας ἐφωτιτες,* 2 Tim. I, 10. Tēmpora uesteris testamenti, quibus sub legis seruitute uiuebant homines, noctis et tenebrarum imagine saepe describit sacra Scriptura, Ies. LX, 1, 2. IX, 2. Aderat quidem salutaris deuenturo Messia doctrina, nec tamen adeo aperra et diluicida, quin multis obiecta inuolucris, et in umbris sacrificiorum et ceremoniarum lateret. Lex uero diuina rigidis homines uinculis tenebat obstrictos, et, quod nihil nisi iram operatur Rom. IV, 15, nimque peccati et imbecillitatem humanam, non spem salutis, ostendit, perpetuos obiciebat terrores. Huius igitur e noctis tenebris et terroribus emergere exoptabant, diuini ΦΩΣΦΟΡΟΥ beneficio. Preocabantur, ut transiret nox, et promissa lux salutaris affulgeret, Ies. XXI, 11. Habebant quidem uerbum propheticum, quod salutem promissam ostendebat eminus, et p̄sem eius confirmabat, sed plenum gaudium et praefer-

k) Metam. lib. II, u. 14

tem saluteim non afferebat. Erat tantum *λυχνος φαινων εν αυγμηνω τοπω*, ut ait Petrus Ep. II, cap. I. u. 18, quod uice diurnae lucis in ista nocte erat, et solarium afferebat anxiis et metuentibus. Hinc accurate Petrus *λυχνον* uerbi propheticci opponit Christo *τῳ φωσφερῳ*, u. 19, eiusque luci salutari. Hic enim omne, quod obscurum adhuc in uerbo promissionis esset, perfecte illustravit, tenebras metus et angoris expulit, plenamque adeo doctrinae salutaris lucem, ipsamque salutem, hominibus praestitit. Huic foli proinde nomen *φωσφερός* competit, cum omnes ante Christum prophetae, et doctores doctrinae coelestis, *λυχνοι* essent sub noctem et in tenebris lucentes. Quin Johannes, quem tamen sumnum esse prophetam ipse Seruator asserit, *λυχνος καπομενος και φωτων* ab eo dicitur, Jo. V, 35, manifesto indicio, ueram et plenam lucem salutis in Christo illuxisse, qui propterea et *φως αἰληθων* Jo. I, 9, quod stile Joanneo opposuit *τῷ σκιατικῷ* et V. T. figuris, *φως εἰς ἀποκαλυψιν ἐθνῶν* Luc. II, 32, et *φως τε κοσμος*, Jo. VIII, 12, uocatur. Stellarum quidem imagine etiam ministri uerbi diuini et ecclesiae doctores describuntur, id tamen absque dubio respectu Christi, tanquam Solis iustitiae, sit, Mal. IV, 2. Siquidem in uiso Joanneo, Apoc. I, 16, 20. II, 1, facies Christi, qui stellas in dextra gerit, instar Solis in fulgore suo lucentis appetat. Contra doctores haeretici uocantur *ἀσερες πλανῆται*, stellae erraticae, Jud. u. 13. Quibus tamen non planetas germanos, sed exhalationes igneas in aere apparentes, quas Aristoteles uocat *ἀσερες διαθεωται*, *) significari puto. His comparantur haeretici, quod ii quidem lucere uidentur, et ueritatis aliquam speciem prae se ferunt, sed homines tantum ludunt, et mox extinguntur. †) Caeterum liquet, Christum *φωσφερον* appellari eam ob caussam, quod tenebras

*) Meteorol. lib. I, cap. 4 epist. Iud. T. I. 00. Theod. p.

†) Vid. RAPPOLTI Observ. in 852

nebras et umbras legis Mosaicæ fugavit, terroresque mortis abstulit. Atque hanc caussam diserte prodit Zacharias: ἐπεστη Πατρὸς ἡμῶν αὐτοῦ ἡ ἔνθεσις, ἐπιφανεῖ τοῖς ἐν σκοτείᾳ καὶ στίᾳ θανάτῳ καθημένοις, Luc. I, 78. Conf. El. IX, 2. Matth. IV, 16

IX

Quoniam Lucifer, dum noctem finit, etiam diem affert, hinc Christus Phosphori nomen meruit respectu Noui Testamenti, quia salutarem diem annuntiavit et attulit. Hic enim post fantas ignorantiae, coecitatis, errorum, et malitiae tenebras, quae teste Scriptura gentibus omnibus incubuerant, Jes. LX, 2, salutaris Dei cognitionis lucem prodire fecit. Quemadmodum Filio Dei nomen Phosphori supra adstruximus, quod mundus per eum conditus, et lux primigenia naturalis creata est, sic idem ei tribuendum, quod lux salutaris per eum affulxit, et plenior cognitio gloriae gratiaeque Dei, quae in consilio saluificae reparationis hominum eniuit, per orbem terrarum propagata est. Etenim ipsa Scriptura S. lucis spiritualis et salutaris effusionem cum lucis περιποτίσει et naturalis productione confert, et Filium Dei tum mundi conditi, tum per Euangelium reparati, unum principium esse docet. Quo pertinent uerba Apostoli, 2 Cor. IV, 6: *Deus, qui dixit, ut ex tenebris lux luceret, idem lucem dedit in cordibus nostris ad illuminationem cognitionis gloriae Dei, in facie Iesu Christi.* Item Ebr. I, 2: *Deus ultimis diebus locutus nobis est in Filio, per quem et saecula fecit.* Itaque felicitatem noui testamenti cum temporibus prioribus ita saepe confert Scriptura, ut diem lactissimam longae nocti successisse dicat. Paulus ad Rom. XIII, 12: *ἡ νέξια περιποτίσει, ἡ δὲ ἡμερα ἡγγύει.* Quoniam uero doctrina Euangeli ab ipsa nativitate Christi declarata coepit, deinde officio eius propheticō latius in Iudea disseminata, et tandem Apostolorum ministerio per orbem terrarum propagata est, hinc triplicem in sacris literis

literis obseruo diem prodi, qui ab ortu diuinī ΦΩΣΦΟΡΟΥ
humano generi illuxit. Primo dies καὶ ἔξοχη nominatur
Seruatoris natalis, qua ex aluo matris virginis et e Bethle-
hem prodiit, hominesque uisitauit ἀντολὴ ἐξ ὑψερ. Hunc
enim ab ipso Christo intelligi puto Io. VIII, 56: *Abraham
ganifus est uidere diem meum.* Deinde dies nominatur illud
tempus, quo Christus in terris uersatus est, ueramque Dei
colendi rationem, et doctrinam de salute ab eius merito
exspectata tradidit. Sic ipse Seruator Io. IX, 4: *Me oportet
operari opera eius, qui misit me, donec dies est: uenit nox,
cum nemo operari potest.* Item Io. XII, 35, et 36: *Ambulate
dum lucem habebitis - - et credite in lucem, ut lucis filii sitis.*
Denique uero notatur primum tempus Noui Testamenti,
quo Euangelio per terrarum orbem disseminato, gentes e
tenebris ignorantiae errorumque ereptae, et plenior lux
cognitionis Dei sapientiaeque salutaris ubique se diffudit.
Ἴδε ων ἡμέρα σωτηρίας, inquit Apostolus 2 Cor. VI, 2. In-
de homines luce euangelii collustrati dicuntur filii lucis et
diei, gentes uero a Christo alienae filii noctis et tenebra-
rum, i Thess. V, 5. Ephes. V, 8, 9. Et quoniam uerbi diuini
luce excitamur et sapore et inertia naturali, et fide in Chri-
stum confirmata idonei reddimur ad uirtutem et bonas
quaesque actiones, hinc illae adhortationes Apostoli, ut, or-
ta iam die salutari, de sapore expurgificantur, et opera luce
Euangelii digna praestent, Rom. XIII, ii, 12. Nam diei pro-
prium est, operari

X

Sacrae literae, ut uidimus, non solum manifeſte indi-
cant, huius diei salutaris principium esse ΦΩΣΦΟΡΟΝ illum
diuinum, Iesum Christum, sed etiam, quoniam Aurora Ly-
ciferi proxima comes est, incrementa diei huius, et felicita-
tem, inde ad omne genus humanum peruenientem, colori-
bus et imaginibus ab Aurora ductis excellenter describunt.
Lucis nomine et imagine saepe omnipotens generis salus, felici-

C

tas

tas et laetitia publica designatur. Hoc grauius Scriptura sacra cum summam Dei gratiam et benignitatem, in Christo apparentem, tum Euangelii per orbem terrarum propagati uirtutem cum aurora ex oriente comparat. Conf. Hof VI, 3, 4. Mal. IV, 2. Quemadmodum enim Aurora primo quidem summa montium culmina radiis ferit, mox uero altius procedens mira celeritate omne ubique coelum illustrat, sic Euangelii lux a paruis initia in Iudea coepitis mox in uniuersas gentes prorupit. Conf. 2 Sam. XXIII, 4. Ies. LVIII, 8. Neque minus admirabilis Euangelii uirtus, qua ingens hominum multitudo, orbe terrarum uix aduentente, breui tempore ad Christi fidem perducta est, similitudine roris sub aurora cadentis describitur. Ps. CX, 3: *Ex utero aurorae tibi ros iuuentatis tuae.* Conf. Mich. V, 6. Quemadmodum enim ros ex humente aere, aurora illustrato, gignitur, terramque humectat modo tam mirabili, ut nemo cernat, unde ueniat, sic homines quoque per Euangelii uerbum mirabiliter regeniti, daemone et mundo uix sentiente, per uniuersas terras magno numero sunt, ut appareat, uerbum Dei fuisse in uirtute efficax, sicut Sol eritur in uirtute sua. Jud. V, 31. Apoc. I, 16.

XI

Qualem diei attrulit gentibus, e nocte ignorantiae et irae diuinae liberatis, PHOSPHORVS Jesus Christus, tallem idem assert mentibus singulorum hominum, qui lumine Euangelii collustrantur. Diserte Scriptura singularem Phosphori ortum in cordibus fidelium afferit, 2 Petr. I, 19: ἐώς γέ μερα διανγαστή, καὶ φωτόφορος ἀντεῖλη ἐν ταις χαρδοῖς ὑμῶν. Commendat Apostalus meditationem uerbi propheticī, quod licet promissum et uenturum Messiam in umbris quibusdam, signis et uaticiniis praenuntiet, lumen tamen sufficiens habere dicit, quo, Jesum esse Filium Dei et promissum Messiam, cognosci pos-

possit. Huic igitur lumini si diligenter attendant, certoque demum intelligent, Jesum esse illum a prophetis praedictum, a quo uera hominum salus proficitur, tum fide in eum accensa fore, ut eis laeta diuinae gratiae et consolationis dies illucescat, et mentes eorum, profligato omni metu, in Christi merito suauiter acquiescant. Sensus hu-
ijs dicti Petrini idem esse uidetur, qui uerborum Seruato-
ris Jo. V, 39: *Scrutamini scripturas*, etc. Est igitur Φωτός in uerbo Euangeli, neque aliud quid ista locutione indicat Apostolus, quam cum Jesaias in uerbo legis et testimonii diuini *auroram* esse affimat, Ies. VIII, 20, h. e. gratiam Dei, ex eaque ortam consolationem et tranquillitatem mentis, quae a fide Christo innixa proficitur. Haud enim alias ob rationem Christus tanquam Φωτός in cordibus oriri dicitur, quam quod meritum eius fide apprehensum omnem irae diuinae metum eiicit, et plenum solati gaudiique diuini sensum afferit, *cum contra iii,* qui adhuc in peccatis sunt, dormientibus aut perpetuo noctis horrore uexatis similes uideantur. Hinc Paulus, qui loco Φωτός diserte Christum nominat, Ephes. V,
14: ἐγείρεται ὁ καθεύδων, καὶ ἐπιφανεῖται ὁ Χριστός

XII

Hae fere sunt rationes, quas pro illustrando nomine ΦΩΣΦΟΡΟΥ, Seruatori tributo, afferre placuit. Quarum sane plures dare potuissent, si ingenio indulgere magis, quam uestigiis Scripturae S: insistere voluissent. Quoniam uero de PHOSPHORO diuino instituta est disputatio, et memorabilis apud Gruterum inscriptio extat, quae *Bonum Deum Puerum Phosphorum a gentibus cultum esse* indicat, huius quoque ut sensum et rationem explicem, letores abs me forte non iniuria exspectabunt. Fuerunt enim, qui ipsum Seruatorem nostrum hoc titulo putarent celebri, l) quem sciebant non solum Phosphorum dici, sed

C 2

er-

1) Vid. E. DEYLINGIUS, Ob- seru. Iac. P. III, p. 127.

eniam tanquam puerum nobis datum, et nostri caussa pueris similem factum, in sacris literis celebrari. m) Harpo-
cratem Aegyptiorum intelligi putauit Baudelotius de
Dairval, n) neque dissentit Gisb. Cuperus. o) Sed ec-
ce inscriptionem, quae in corpore Gruteri exstat fol.
LXXXVIII, n. 13:

BONO D E O
P V E R O P O S
P H O R O
T' F L I T A L I C V S
P R I M V S I I I I
V I R M A A
C V M S T A T I L I A
L V C I N A C O N I V G E E T
S V I S E X V O T O

Recentissime Bonum Puerum Posphorum luce noua do-
nauit Magnif. et Celeb. Gesnerus, titulis quibusdam, qui
in muris templi AlbaeJuliae exstant, et adhuc latuerunt,
publicatis, singularique dissertatione illustratis, quae in
commentariis Societatis Regiae scientiarum Goettingen-
fis, Tomo IV, p. 104 appetit. Et quidem sub Phosphoro
Antinoum Hadriani Imper. latere, pro amplissima
eruditione sua luculentis demonstrauit argumentis. Hu-
ius summi Viri excellentissimis in rem literariam meritis
ut libenter affurgo, ita sententiae eius, praesidiis suis fir-
matiae, haud inuitus subscribo. Mihi uero hanc rem cur-
ratius commentanti cum quedam occurrerent illustran-
do Phosphoro idonea, uelificandum ingenio putauit, et
post Baudelotii, Cuperi et Gesneri operas, quinam sit
Bonus Deus Phosphorus, cuius nomen Antino tributum,
inquirere pro uirili statui, eaque maxime eruere, quibus
Excell. Gesneri vel confirmari, uel saltim illustrari possit

m) Jes. IX, 6. Ebr. II, 14

n) In libro, de utilitate peregrina- tionum T. I. p. 220

o) In Harpostrate, p. 125

sentehtia. Sed ante omnia titulos lapidum, ab eo publicatos, hic ponam:

BONO PVERO	DEO' E' POS	BONO P
POSPHORO	PHORO APOL	VERO EXV
LAELIIAC V	LINI PYTHIO	OT' ARO
RILLIA PRO SA	IO IVLIVS' RV	DIVS ALEX
LVTE SVA SVO	SONIVS' CVST'	AND' PL: PO:
RVMQVE V S'	ARMORVM	
L' M	PRO SALVTE SVA	
	ET SVORVM	
	V S' L' M	

Quantum ex hisce inscriptionibus intelligitur, planum est, numen illud, cui uota persoluuntur, salutare esse siue medicum. Hoc primum patet ex eo, quod in iis Laelia Curillia et Julius Rufonius uota solunt *pro salute sua suorumque*. Deinde Boni Dei elogium quamquam pluribus Diis conuenit, medicis tamen et salutaribus praecipue tribuitur. Notum est, Graecos in coniuuiis poculum, quod bonaе ualetudinis uocabant, ἀγαθῷ δαιμονι libasse. Auctor est Atheneus. p) Αγαθη Τυχη et Αγαθος Δαιμων statuas haberunt in templo Aesculapii, teste Aristide. q) Et bonitas Deorum salutarium saepe aliis uocabulis exprimitur. Dicuntur enim mitis, placidi, φιλανθρωποι, ηπιοι, πειροι. Ex quo generre ipsum esse censeo nomen Φωτφορος. Nam graecum φως, perinde ac hebraicum נֵר, non solum lucem naturalem, sed etiam metaphoricam denotat, salutem nimirum, felicitatem, et inde enascens gaudium. Qua de re, ne nimius sim, uideri potest Jac. Hasaeus, r) qui exinde appellationes Seruatoris, Φως αληθινοι et Φως ποστοις interpretatur. His plane geminum est, quando Aesculapius apud Aristophanem s) uocatur μεγα έρωτοις Φως. Telephorus, Aesculapio-

C 3

pii.

p) Lib. XV, p. 675

p. 1023

q) Sacr. Ierm. I, p. 276

s) In Pluto, u. 640.

r) Bibl. Brem. class. II, fasc. 6,

pii socius, in marmore Cassellano, quod Excell. Gesnerus publici iuris fecit, t) Φωσφόρος και δοτηρ ἐσων, lucem afferens mortalibus et largitor bonorum audit. Nemeque aliam ob caussam alii Dii dicuntur Φωσφόροι. Minerua, quae Πανονίας, Τύειας και Σωτῆρος elogium accepit, etiam Φωσφόρος appellata est, docente Ezech. Spanhemio. u) Diana et Junonem Φωσφόρον idem demonstrat, x) Imo adeo frōquens hoc Deorum elogium esse innuit Plutarchus, ut multos Φωσφόρους appellet: y) Τινι γαρ προτελεια θυσομεν; τινι σωτῆρα; πιν δε Φωσφόροι, βανχεια, προτελεια γυμων αξομεν, μη ἀπολυποτες μηδε βανχεια, και Φωσφόροις, προπροσινες, και σωτῆρας. Qui locus etsi mutilus uidetur Meurlio, z) id tamē declarat, Φωσφόρους dictos esse multos Deos propter opem eorum salutarem. Nam diserte iunguntur Diis σωτῆρι. Atque hinc Φωσφόροις etiam' haud aliis generis fuisse uidentur, ac σωτῆρα, in quibus uota soluebantur pro impretrata salute. Phosphorum igitur in propositis inscriptiōnibus numen esse salutare et medicum, nisi alia impeditant, credibile est. Idem uero, cum in titulis hisce constanter nominetur puer, tale certe numen indicat, cui perpetua pueritia, puerique species inter Deos medicos tributa sit. Et sunt quidem Dii semper iuuenes habitu ab antiquis, Apollo maxime et Bacchus, a) qui et locum inter Deos salutares obtinuerunt. Bacchus maxime huc referri posse uidetur, quod simile cognomen accepit λαυπτηρος, et Φωσφόρος. b) Et Ouidius de eo: c)

Tibi enim inconsueta iuuentus,
Tu puer aeternus, tu formosissimus alto
Conspiceris coelo

In

- t) Comment. soc. Goett. Tom. II, p. 315
- w) Ad Callim. hym. in Pall. u. 98
- x) Ad hym. in Dian. u. u, et 204 p. 270
- y) Adu. Colot. Tom. II, 00. p. 119
- z) Graeciae ser. lib. V, in προπροσινες
- a) Vid. SPANHEMIUS ad Callim. hym. in Apoll. u. 36
- b) Vid. BEGERVS thes. Brand. Tom. I, pag. 189, seq
- c) Metam. III, u. 17

In quibus uerbis Phosphorum haud obscure intelligas.
Ipsi Lucifero, sive stellae Veneris, pueri forma habitusque
a ueteribus tribuitur. Hinc enim est, quod Claudio(d)
Honoriū cum patre curru uectum eleganter comparat
cum Baccho et Lucifero, Diis semper pueris:

*Quis non Luciferum roseo cum Sole uideri
Credidit, aut iunctum Bromio radiare Tonantem*

Neque uideo, quid impediat, quo minus Phosphorum in
propositis inscriptionibus proprie ipsum Luciferum esse
dicamus, quem salutarem fuisse habitum mox docebimus.

XIII

Sed uenit in mentem, Phosphorum nostrum fortasse
Pergamenos sub imagine et nomine Telephori sui colu-
isse, qui Diis medicis ita accenseretur, ut perpetuus Aescu-
lapii et Hygeae comes habeatur, et pueri non solum uultu
er habitu, sed statura plane pingitur in antiquis monumen-
tis. Hoc numen cum diu delituissest ignotum atque obse-
rum, Hadriani fere aetate e tenebris emersit, magisque in-
noescere coepit, neque uero recentiore aetate Criticorum
opera multum illustratum est, donec Eruditissimus Gesne-
rus, publicata inscriptione marmoris Cassellani, quod hy-
mnū Telephori continet, noua eum et feliciore opera
explanaret. e) Huius Telephori ea conuenientia cum Phos-
phoro est, ut curatius eam exponere operae pretium uidea-
tur. Primo, quōdnam munus attributum sit Telephoro,
uideamus. Vir summus, modo laudatus, eum praesidem
fuisse medicinae telesticae existimat, illius nempe, quae uel
medicamenta, quorum uires et cauſſae occultae sunt, pro-
ponit, uel oraculis quibusdam, incantationibus et mysteriis

cura-

- d) *De III Consul. Hon. u. 130.* Et
alii poetæ haud raro illustres
iuuenes cum Lucifero compa-
rant. Vid. VIRGIL. *Aen. VIII,*

u. 589. VALER. FLACCUS,
Argon. VI, u. 527
e) *In Comment. Societ. Goett. T.*
II, p. 298

curatiōnem morborum p̄mittit, adeoque nominis eius rationem ab initiationibus et mysteriis, quae Graecis τελεται et τελεσθοραι uocantur, erudite deriuat. Sententiae memoratae hoc tantum adiicio, Telephorum praefidem uideri medicinae telesticæ, illius maxime, quae pueris curandis seruandisque adhiberi solet. Pueris enim amuleta, et id genus alia, appendi solita ad fascinum auertendum, et morbos auerruncandos, non solum ueteris aetatis memoria, sed quorundam etiam aetatis nostræ hominum peruersa opinione constat. Et certe non defunt argumenta, quibus Telephorum puerorum maxime medicum et tutorem fuisse demonstrem. Primo ipsa eius forma non pygmaeum, aut portentosum pumilionem, sed infantem aut puellum formosum exhibet. Deinde hoc ipsum probat cucullata penula, qua totum fere corpus cum ipso capite et brachiis huius Dei pufionis inuolutum in numis et gemmis antiquis apparet. Nondum plane constat inter eruditos, cur Telephorum tali cucullo induerit antiquitas. Plurimorum sententia est, quia cucullo quondam usi sunt in initiationibus et mysteriis, quibus ueluti regenerari credebantur homines, hinc cucullum Telephori lignum esse sanitatis perfracte restitutæ, qua homines quasi de nouo generentur. Mihi simplicissima, adeoque uerissima, uidetur ratio, quod cucullus uestis erat infantum, et quod moris erat, infantes recens natos boni ominis et ualeitudinis caussa tali ueste induere, quali ornari solebant mysteriis initiatæ. Testis instar multorum mihi sit Alexander ab Alexandro: f) *Apud Athenieses præcipuum edulium puerperæ bræfica dabatur, uelut parturienti commodissimum: mox stolis initiatorum infante obuoluere ad ualeitudinem mire proficere putantes.* Testimonia ueterum facile reperient, qui me doctiores et librorum apparatu instruções sunt. g) Veteres igitur Telepho-

f) *Genial. dier. lib. II, cap. 25.*g) *Vide tamen, quae IAC TOL-*

LIVS affert. in Itin. Ital. ad formul. recept. Manich. p. 176. not. 36

phorum stola infantum uel penula inuoluntur represe-
tabant, quod Deum habebant puerorum medicum, et, ut
uerbo Martialis urar, *infantarum*. h) Talem etiam ostendit
historia, quam Marinus de Proclo narrat. i) Cui ad-
modum puer, grauiter aegrotanti, in solarium recuperan-
dae ualeitudinis appetet, non Aesculapius aut Hygea, sed
Telesphorus, ipsum nomen suum professus, tenellus et spe-
ciosus puer. Sic etiam Nerito, nutricio Aristidis, appetet
una cum Telesphoro Aesculapius, et prodigiosa quaedam
medicamenta alumno suo ferenda tradit, k) ut puerorum
medicum intelligas. Neque aliam ob caussam in hymno
Telesphori, supra memorato, ille παιδιος uocatur. l) Lude-
re enim ut gaudii et laetitiae, adeoque et sanitatis, indicium,
sic vegetae praesertim pueritiae proprium est. Ti-
bulus: m).

Ludat et ante tuos turba nouella pedes.

Quod puerorum medicus est Telesphorus, hinc idem au-
gandae seruandaque soboli praefectus uideretur. Nam ad
cognoscendum Telesphori munus praecipue mihi facere
uideretur ea notio uocis τελεσφόρον, qua fructus maturos fer-
re notat, n) et qua τελεσφόρον annum uocat Homerus, o)
quod decursu suo omnes res ad finem et maturitatem per-
ducit. Hac notione uocabulum ad stirpem et prolem hu-
manam transferri solet. Etenim nuptiis hominum usu fin-
gulari τελος tribuitur ab Homero, p) forte ob procreatio-

D nem

- h) Puerorum insigne esse cucul-
latam penulam, eaque Deos
pueros insigniri, etiam imago
Aesculapii pueri confirmat a-
pud CUPERVM, Harpoer, p. 79,
cui penula capiti superinducta
cuculli instar est
- i) In uita Procli, cap. 7
- k) ARISTIDES orat, sacr, p. 312,
- citante Excell. GESNERO l. c.
p. 506
- l) Comment. soc. Goett. Tom. II,
pag. 315
- m) Lib. II, Eleg. 2, uerf. ult.
- n) Luc. VIII, 14
- o) Vid. STEPHANVS thes. gr.
Tom. III, p. 1385
- p) Odyss. XIX, u. 74

nem sobolis, quae finis est nuptiarum, siue quod nuptiae sunt quasi consummatio adolescentis aetatis. Hinc **τελεῖον** vocantur non solum matura et uirilis aetatis homines, sed praeципue maritati. Hesychius: **τελεῖον**, ὁ γεγαμηκότες. Idem: **Τελεσφόρος**, ὁνος τε γεγαμηκότος και τεκνωσάντος. Quemadmodum uero Graecis Dii **γαμηλιοί**, nuptiales, uocantur **τελεῖοι**, quod **γαμος** est **τελος**; q) sic certe Telesphorus inter Deos familiarium praefides merito refertur. Cuius rei non obscura indicia exhibet hymnus Telephori in lapide Cassellano. r) Etenim non solum **ζευσφόρος** uocatur Telesphorus, qui uitam largiatur hominibus, sed etiam diserte ei gratiae aguntur ob praefitam Atheniensibus **έυτονιαν**. Sed ut ad Phosphorum redeamus, hoc nomen sane ita comparatum est, ut eadem uis eius, quae **Τελεσφόρος** est, deprehendatur. Nam primo **Φως** Graecorum aequie ac Latinorum **lux** de uitae usura usurpatur. Atque hinc **Φωσφόρος** est, qui lucem uitatem impertir, uel generationem hominum iuuat. Hesychius **Φωσφόρος** interpretatur **φωτοδότης**. Idem: **φωτεινή γένεσις**. Quod ne errore positum existimes pro **φωτεινή**, ordo literarum prohibet. Neque aliam ob caussam **φωτικότος**, quod idem est ac **Φωσφόρος**, uocatur Telesphorus in Cassellana inscriptione. s) Aliud momentum huic rei afferunt notissimae appellationes Deorum genitalium apud Graecos et Romanos. Iuno, quae **τελεία** Graecis dicitur, eadem **Φωσφόρος** uocatur, Romanis Lucina. Diana nomen Lucinae et Genitalis obtinet. Horatius: t)

*Sive tu Lucina probas uocari,
Seu Genitalis.*

Graece **Φωσφόρον** et **τελεσφόρον** appellasset. Et quidem Diana uel Iuno Lucina generationi praecest, et partum iuuare dicuntur.

- q) Vid. **IVL POLLUX**, lib. **III**, cap. 3. **PERIZONIUS** ad **Aelian. IV, 3** r) **I.c. p. 315** s) **I.c. Tom. II, p. 319** t) **Carm. saec. u. 15**

dicitur, quod eadem quae Luna est, quae et mensium de cursu partum absolvit, et, quando uel crescit, uel plena est, parturientibus quam maxime prodesse existimatur. u) Hinc enim liquet cur Iuno, parturientium auxiliatrix, uocetur Luccina et τελεια. Nam crescens Luna est φωτφορος, et plena est τελεια. Iam si τελεια et φωτφορος eadem est, sine dubio etiam φωτφορος et τελειφορος permutari possunt. Nec omittendum est, loco Plutarchi supra memorato φωτφορεια και σωτηρια και προτελεια tanquam eiusdem generis festa coniungi. Et sane foecunditatis notionem uocabulo φωτφορος tribuendam esse, hoc minus potest dubitari, quod non solum Luna, cum plena est, sed ipse etiam Phosphorus, stella, foecunditatem et generationem promouere creditur.

Testis est Plinius, x) qui cum stellam Veneris alterno ex ortu uel ante Solem uel ab occasu apparere, atque hinc uel Luciferi, uel Vespri nomen accipere, memorasset, haec denique addit: *Alii eam Iunonis, alii Isidis, alii Matris Deum appellauere. Huius natura cuncta generantur in terris. Namque in alterutro exortu, genitali rore conspergens, non terrae modo conceptus implet, uerum animantium quoque omnium stimulat.* In fragmento incerti scriptroris, quod Censorino subiungitur, y) dicitur stella Veneris *genitalis et roscida, et prospera, et salutaris.* Hinc iis Deabus attributa est, quae rerum omnia generationis praefides habentur, Veneri scilicet, Iunoni, Isidi et Deum Matri. Annotari prae fertim e verbis Pliniū meretur, salubritatem foecunditatem que Luciferi ex genitali rore, quem spargit, repeti, unde

D 2 et

- u) Unum afferam locum PLUTARCHI, in quaest. Rom. p. 282: Και Λυκίνης ήγειρε καλότην, δύον φαντα, η φωτιστα. Και μηδέποτε έν ταις λοχασσας και αδοι βοηθειας, στέπε και την Σεληνην. Εποτενη γαρ έν ταις πανελλήνιοι μαδασα δενσοι. Lucinam etiam Iun-
- nom uocant, quasi lucidam; aut luciferam. Putantque eam in partibus auxilium ferre, sicut et Lunam. Facillime enim uidetur mulieres sub plenilunium prolem eniti

x) Histor. natur. lib. II, cap. 8
y) cap. 3

etiam a poetis uocatur roscidus. In rore enim primaria ratio est, cur non solum Phosphoro, sed etiam Lunae, nocturnisque astris et Aurora, quae rorem desudare putantur, foecunditas solet tribui. Inde est, quod ipsa Scriptura S^t foecunditatem et numerosam multitudinem roris matutini symbolo exprimit haud uno loco. Dauides Ps. CX, u. 3: *Ex utero aurora tibi ros iuuentis tuae.* Neque aptiorem rationem reperio Matris Matutae, a Romanis cultae, quam Diis genitalibus accensabant, atque ei pro tenellis liberis solebant uota nuncupare. Nam Aurora, quae eadem Matuta est, z) omnes terrae foetus mirifice recreat et conservat. *Bona Dea* Romanorum a quibusdam eadem fuisse censetur, neque a uero abudit, Matutam propter beneficium eius naturam bonam uocarami esse. Certe Festus, et Nonnius Marcellus a) perhibent, Matutam ab antiquis appellatam esse ob bonitatem, quod manum dicebant clarum, bonum et prosperum. Quod uero eadem Dea marina habetur, haec fortasse caussa est, quoniam aer aurora illustratus rorem ex aquis concipere, ipseque Sol Oceano pasci, creditur. Plinius: *In dulcibus aquis Lunae alimentum est, sicuti in marinis Solis.* b) Sed haec obiter. Redeo ad Telephorum. In hoc quin Phosphorum cultum putem, nulla re impediri videor, imo plane in hanc sententiam adduci, quod utriusque eadem notatio idemque mutus est. Diversa iam nomina a diuersis gentibus Telephorum acceptiss, testis est Pausanias. c) Sicyonii eum Euamerion uocarunt, Pergameni Telephorum, Epidaurii Auetiov. Quid, si alii eundem uocarunt Phosphorum. Certe Euamerionis et Phosphori notatio ita conuenit, ut unum idemque proprium his uocabulis Telephoro tribui videatur. Quemadmodum

a) LVCRET. de rerum nat. lib. a) In scriptor. lat. ling. Godofr. p.

V, 655:

Tempore item certo roscam 311. 314. et 520

Matuta per oras b) Hist. nat. lib. II, cap. 68, et 101

Aetheris auroram desert c) In Corinth. cap. XI

admodum enim το φως non solum lucem, sed etiam salutem, et, ut Hesychius habet, χαράν notat, sic ἐνημέρια et serenam diem et felicitatem designat. d) Sophocli λεπτον ἐνημέρον Φως est dies laeta et serena: e) Hesychio ἐνημέρια, ἐνδαιμόνια. Igitur qui Euamerion, etiam Bonus Deus Phosphorus commode appellatur. Fauet sententiae meae, quod utrumque numen, Telephori aequo ac Phosphori, eodem tempore innotuisse uidetur. Nam Telephorus uix ante Hadriani aetatem cultus legitur, nec antiquiora sunt monumenta, quae Phosphorum prae se ferunt. Obscurum igitur antea numen, pro diuersa eiusdem interpretatione, facile alio atque alio nomine, diversis in regionibus, appellari potuit. Iam aeuī Hadriani is genius fuit, ut gentiles suā πόλεωθεοτητα, quo minus ea perstringi ab unius Dei cultoribus posset, ad sensus quosdam arcanos, et uim rerum naturalium referre omni ope niterentur. Cui rei cum Aegyptiorum maxime Theologia accommodata esset, videntur iis temporibus ex eorum mysteriis multa ad aliarum gentium religiones translata. Iam magnam esse uim Solis, Lunae astrorumque in rerum naturalium, animantium praecipue, uigore conseruando et promouendo, intelligebant. Hanc igitur Deorum suorum salutarium specie contendebant adumbrari. Aegyptii tria numina sua, Osiridem, Isidem et Harpocratem saepe coniungebant. f) Duobus prioribus Solem et Lunam intelligi, notum est; Harpocratem uero et Phosphorum eundem esse, ex iis, quae mox dicentur, clarius patebit. Hoc imitati Graeci Asiatici, praesertim Pergameni, Aesculapium, Hygeam et Telephorum coniungebant. In Aesculapio uim Solis salubrem, et in Hygea lunares effectus cultos celebratosque esse, certis testimoniis constat. g)

D 3

Sub

d) Vid. SPANHEM. ad Callim.

lymi. in Cer. u. 156

e) In Aiace u. 718

f) Habes in CVPERI Harpocra-

te p. 35, et 46 gemmas, quibus

Harpocrates flans inter Osiri-

dem et Isidem conspicitur

g) MACROBIUS Saturnal. lib. I.

Sub Telesphoro igitur, iis coniuncto, quid potius intelligamus, quam Phosphorum, cuius salubritatem supra adstruximus, et qui praecepsius inter sidera habitus. Maiorem huic rei fidem facere uidentur quidam numi, in quibus Luna cum duobus astris apparet, quorum uno Solem, altero Phosphorum indicari nullus dubito. His tribus enim uniuersa uis siderum constat. Quoniam uero Telephorus cum Aesculapio et Hygea in gemmis pueri habitu et statura conspicitur, certe hoc magis pro Phosphoro reputandus est, quod hic constanter puer audit in inscriptionibus, imo in una earum solo *boni pueri* nomine insignitur

XIV

Ceterum Phosphorus aequa ac Telephorus ad exemplum theologiae Aegyptiorum effectus cultusque uidetur. Qui cum Deos suis fere omnes ad Solem eiusque mutationes et effecta retulerunt, tum in iis etiam orientem Solem exprefserunt specie paruuli tenerique pueri, quem appellarunt Harpocratem. Quo licet non tam diurnum Solis ortum, quam eius in solsticio hiberno renouationem indicari, idoneis argumentis demonstrarit Ven. et Eruditiss. P. E. Jablonksi, h) Cuperi tamen sententia, qui orientem Solem indicari putat in Harpocrate suo, non spernendis nititur testimonii, *) neque alteri sententiae plane repugnat. Etenim probabile est, Aegyptios tenera Solis initia in diurno eius annuoque cursu symbolo Harpocratis,

teng-

cap. 20: *Eft Aesculapius uis salubris de substantia Solis, subueniens antinis corporibusque mortalium. Salus autem, h.e. Hygea, naturae lunaris efficiens est, quo animantium corpora iuuantur, salutifero firmata temperamento.*
h) In Panth. Aegypt. P. I, p.

241 seq

*) RLV TARCHVS de If. et Osfr. p. 355. Idem, libro de Pythiae orac. p. 409: Αγεντις ιογανος ερχοντοσ λαοδηγουεν. Aegyptios uidisti orientem Solem exprimere piclo puerulo, qui lotu infisidet

teneri pueri, depingere uoluisse, adeoque eum ad ortum Solis et ad Luciferum retulisse. Et Phosphorum in Gru-
teriana inscriptione Harpocratem esse, putauit Baudelo-
tius de Dairual, i) cui non repugnat Cuperus, k) affen-
tit uero B-Deylingius l). Φωσφόρος certe non solum stel-
la maturina, sed etiam Sol oriens dicitur. Suidas: Φωσ-
φόρος, ὁ τοῦ Φωτὸς διάτελλων, ὁ ἥλιος. Atque hic etiam pue-
ri habitu, facem ardentelem leuantis, conspicitur in mar-
moribus, quae sacra Mithrae repraesentant. In una inscri-
ptionum, quae a Magnif. Gesnero sunt uulgatae, a)
perte Phosphorus, ut Harpocrates, ad Solem refertur,
quod elogium accipit Apollinii Pythii. Et Apollinem
puerum etiam cultum esse, demonstrat inscriptio graeca,
quam post Octau. Falconerium, m) Sponium, n) Cu-
perum, o) memorauit emendauitque modo laudatus Ges-
nerus, p) et qua Nicomedes medicus donarium dedica-
uit Aesculapio, nempe imaginem παιδος θεοι Παιανος,
Dei pueri Paeonis. Nec obscura praesto sunt indicia,
ipsam Veneris stellam sub Harpocrate latere. Quo per-
tinet, quod ea stella a quibusdam dicta est Isidis, quia
Harpocrates Isidis filius est. Persuader hoc etiam, ni fallor, e-
legans Harpocratis effigies aerea, a Cupero proposita, q)
quae stellae Veneris tam aperta habet indicia, ut mirer,
idem a Cupero non obseruatum. Est figura puerilis se-
dens. Harpocratem agnoscis ex digito dextrae labiis ad-
moto. Sinistra facem ardentelem cum papaueribus tenet,
ut stellam possis intelligere nocte claram. Brachio fini-
stro gallum gallinaceum includit: a tergo stat noctua,
quibus signis diei et noctis initia aperre indicantur. Et
certo affirmare ausim, iis aut utrumque stellae Veneris

or-

- i) In libro: *L'utilité des voya- ges, Tom. I, p. 220*
- n) *Misc. erud. ant. p. 132*
- k) *In Harpocr. p. 125*
- o) *Harpocr. p. 79*
- l) *Obseru. sacr. P. III, p. 127*
- p) *Comment. Goetting. Tom. II,*
p. 318
- m) *Inscript. athlet. p. 127*
- q) *I. c. p. 154*

XXXII

ortum, diurnum nocturnaque, indicari, aut solum Luciferum, qui gallum, diei nuntium, secum fert, noctuum vero, fugara nocte, post se relinquit. Praeterea in graeca inscriptione, quam e Sponio repetit Cuperus, r) Anubis et Harpocrates dicuntur Διοσκοροι. Id vero nomen a Castore et Polluce, qui alternis apud superos inferosque agere ferebantur, mutuatum, Anubidi conuenit propterea, quod is, docente S R Jablonskio, s) horizontem, sive ortum et occasum Solis, designat, adeoque ad superos inferosque comminat. Inde etiam bina hemisphaeria, superum et inferum, nomine Διοσκοροι designari finxit Julianus Imp. memorante Eustathio. t) Simul uero sub Anubide suo Aegyptii intellexerunt stellam Mercurii, quae, quod Soli proxima est, eo uel oriente uel occidente, diurna nocturnaque uidetur. Sed eadem est stellae Veneris, quae Mercurii, ratio, ut inter omnes constat. Hinc propter diurnum nocturnumque ortum subinde cum Dioscuris comparatur. Exemplo est Papin. Statius, u) qui Luciferum uocat alterum Castorem:

Donec ab Elysis prospexit sedibus alter
Castor, et besternas risit Titbonia mensas,

ut alia testimonia raseam, quae Barthius ad hunc locum dabit. Si igitur ratio patet, cur Anubis et Harpocrates dicti sint Dioscuri, Anubis uero est Mercurius, iam liquet, Harpocratem esse stellam Veneris. Sed ista iam non fasilius explico, illud tantum persequor, Telephorum et Phosphorum uideri ad exemplar Aegyptii Harpocratis effictos esse. Fingunt Aegyptii, Harpocratem tenellum esse puerum, quod Solis, in solsticio hiberno renouati, tenues admodum uires sunt. Eum in sacris suis ritu lugubri ita coluerunt, ut quasi amissum plangerent, iterum que

r) l. c. p. 139

s) Panth. Aegypt. lib. V, p. 25

t) Ad Iliad. III, p. 418

u) Sylu. IV, 6, u. 15

que iuuenatum gaudent. x) Eum quoque foecunditatis caussam esse, frugesque terrae elargiri crediderunt. y) Quapropter etiam cum cornucopiae pinxerunt. Hic apud Syros, Biblos, aliosque populos, dictus fuisse uiderur Adonis. Nam hic eodem ritu lugubri cultus est. z) Hunc Solem esse contendit Macrobius, a) imo perfectos fructus eo significari, monet Eusebius. b) Paria omnia et plane gemina de Attine, quem Cybele amasse dicitur, ab antiquis memorantur. c) Horum igitur, nempe Harpocratis, Adonis et Attinis, ea est similitudo, ut idem numen diuersis nominibus cultum esse, uix dubitari possit. d) Jam idem Telephori nomine a Pergamenis cultum esse, haud improbabile est. Nam Telephorus tenellus puer ab iis habitus, unde eum παιδα νεον καριδην, και θερευον idem appellat Marinus. e) Fertilitas terrae et perfectorum fructuum productio, quam sub Harpocrate et Adonide intelligunt, apprime conuenit Telephori nomini, quod τελεσθοεν notat fructus ad maturitatem perducere. Neque eodem nomine quicquam accommodatus est Soli renascenti et renouato. Nam sicut annus ab Homero τελεσθοες dicitur, quod omnes terrae prouenient ad maturitatem perducit, sic ipse Sol, quando annum absoluit, et nouum inchoat, commodissime nomine τελεσθοες indicatur. Idem ualeat de nomine Φωσθοες, cuius cum Telephoro conuenientiam iam adstruximus. Quo

E. immundus hinc glorificue

x) IABLONSKI, *Panth. Aeg.* lib. II, cap. 6, §. 8

y) IVLIVS FIRMICVS, *de errore prof. relig.* p. m. 7. seqq

z) LVCIANVS *de Dea Syra*, AMM' MARCELL' lib. XIX, p. 145, et XXII, p. 238, edit. Lindenbr.

a) *Saturn.* lib. I, cap. 21.

b) *Praepar. Euang.* lib. III. p. 110.

Plura dabit hymnus Orphei in Adonim.

c) Vid. MACROBIUS, *Saturn.* I, 21. ARNOBIVS, *lib. V, extremo, NAT. COMES lib. II,* p. m. 97

d) Vid. OMNINO MACROBIUS, l. c.

e) *In vita Procli*, cap. 7

sive Solis renascentis salubritatem, sive coniunctam cum eo stellam Luciferi intelligas, primum est, Harpocratem Adonidem, Attinem, Telephorum Φωτός numen et uirtutem sustinere. Commodo hoc facit, quod Plinius, loco supra memorato, stellam Veneris ab aliis Junonis, ab aliis Isidis, ab aliis Matris Deum appellari dicit. f) Hae enim Deae cum praefides foecundae naturae, et omnium rerum generationis, a diuersis gentibus sint habitae, stella uero Luciferi, iis attributa, formosissima simul omnium ac foecundissima fit, cuius quippe natura, docente Plinio, cuncta generentur in terris, inde factum esse arbitror, ut Deabus hisce pueros quosdam, Adonidem, Atym etc. in deliciis esse, antiquitas fabularetur. Habes igitur in stella Luciferi, si eam Veneri tribuis, Adonidem; *) si Isidi, Harpocratem; si Matri Deum, Atym; si denique Junoni, quae et τελεία et Lucina, habes Telephorum, aut si mauis, Phosphorum

Videor mihi iam ostendisse, *Bonum Deum Puerum Phosphorum*, qui in propositis inscriptionibus est, haud alium esse, quam ipsum Luciferum salutarem, quem in Harpocrate, Telephoro, etc. forte etiam in Baccho, aliae gentes coluerunt. Quod tamen, ut initio dixi, haud prohibet, quominus e Celeb. Gesneri sententia statuamus, Antinoo nomen et cultum Phosphori tributum esse. Nam si Adonidem, Harpocratem, et Attinem honore Phosphori insigniuit antiquitas, idem facile Antinoo fieri potuit ab Imperatoris, uel adulatore eius, ineptiente ingenio. Certe nomen Phosphori liber-

- f) Confer quoque *HYGINVM*, *Afron. lib. II*, 42. et *LINDEN-BROGIVM ad Censorinum*, cap. XIII
- *) Scilicet Hesperum, sive Luciferum, aequae ac Adonidem

Venere amatum, fabulantur poetac. Vid. *VIRG. Aen. VIII*, u. 590. *ALBINOVANVS*, *Eleg. II*, u. 129. *HYGINVS*, *Afron. lib. II*, 42.

libertis quibusdam eo tempore a patronis esse inditum, veteres inscriptiones docent.^{f)} Paria quoque nomina illustribus viris passim imposita legimus, ut Phosphorii, Asterii, Photini, Anatolii. Hominum porro uenustorum comparationem cum Lucifero exhibent epigrammata in Astorem Platonis, et Roscium Q: Catuli, ab Excell. Gesnero scienter eruta, et in huius rei documentum adducta.^{g)} Imo etiam Harpocratis elogio ornatos subinde pueros esse, testatur inscriptio sepulcralis, quam e Reinetio afferit Cuperus. ^{h)} Fauer porro sententiae Gesneri, quod Hadrianus Antinoum amiserat in Aegypto. In qua cum puer Osiris, siue Harpocrates, certis sacris tanquam amissus plangeretur, et Aegyptii intelligerent, Antinoum ab Hadriano plus quam muliebriter lugeri, facile gratiam eius foeda adulatione captando eo prolabi potuerunt, ut Antinoo numen Harpocratis sui tribuerent. Et certe primum a Graecis Aegyptiis consecratum esse Antinoum, eidemque oracula tributa, diserte memorat Spartianus,ⁱ⁾ Origenes uero, eum inter δαυρούς Aegyptiorum μαντίνες ναι λαργες relatum, memoriae prodidit, ^{k)} quae certe Harpocrati, atque ex eo efficto Telephoro, apprime conueniunt. Fauer etiam huic sententiae, quod Antinous in Nilo, dum nauigaret, dicitur periisse, ^{l)} quem

E 2. Ae-

^{f)} GRVT. *in script.* p. 956, n. 5. Occurrit etiam quidam POSPHORVS

LUCIFERI FILIVS p. 594, *in scr.* 4

^{g)} *Dissert.* cit. in *comment. Goett.* Tom. IV, p. 108. Quibus merito addo elegantes uerfus, qui Cornelio Gallo uulgo tributuntur, et formae pulchritudinem cum Lucifero et Hespero exorienti comparant:

*Occurris cum mane mihi, ni
putior ipsa
Luce noua exareris, lux*

mea, dispeream.

Quod si nocte uenis, iam uero ignoscite Diui,

*Talis ab occiduis Hesperus
exit aquis.*

^{h)} *Harpocr.* p. 124

ⁱ⁾ *In Hadr. cap.* 14

^{k)} *Contra Celsum.* lib. III, p. 132.

^{l)} Idem ενδέπον των ἡ Αγύπτων Σεων
nuncatur in antiqua inscriptione apud GRVT. fol. 86, n. 1

^{l)} DIO CASSIUS lib. 69, cap. 2.
et SPARTIANVS l. c.

Aegyptii uocabant Αγαθον δαιμονιον. m) Hac enim re ad-
duci poterat Hadrianus, Imperator sane eruditus, ut,
quemadmodum Aeneas traditur unda Numicii iustratus
ad Deos abiisse, n) sic etiam Antinoum consecrationi fu-
ae praeparatum esse hominibus persuaderet, cumque Dom-
um Deum appellari haud iniutus concederet. Fauet de-
nique, quod Hadriani temporibus constat multa orientali-
um populorum, Aegyptiorum maxime, sacra in reliquias
imperii Romani terras traduci caepisse. E quibus cum
Mithram et Harpocratem iam receperissent aliae gentes,
quid mirum, si Antinoum etiam, quasi recens conse-
cratum Harpocratem, recepererint. Confirmare hanc
coniecturam uidetur numi Hadriani, in quibus simula-
crum Harpocratis occurrit, et quorum exempla dat Cu-
perus. o) Ceterum sub Phosphoro Antinoum latere,
haud aliam ob rationem existimo, quam quod Phospho-
rus idem est cum Harpocrate, atque ille honore in cul-
tumque Harpocratis ab Aegyptiis uidetur accepisse. Ne-
que enim certis testimonioris constat, Antinoum post con-
secrationem nouum, proprium et peculiare nomen Phos-
phori accepisse, aut φωσφόρεια eius in honorem celebra-
ta. Quin Hadrianus adeo cum Aegyptiis ineptire uoluit,
ut, quemadmodum hi Mercurium suum in Luna collo-
eant, cum eaque circumferri putant, teste Plutarcho, p)
sic ille Antinoum in Luna ponere. Testis huius rei, ut
Exc. Gesnerus monuit, Tatianus est: q) Πας δε σ τεθνεως
Αντινοος μερκουριον εν τη Σεληνη δεσμον παθιδευται. Qui locus
paullo obscurior illustrari posse uidetur ex ea veterum o-
pinione, qua putabant, maculas in orbe Lunae apparen-
tes faciem pueri vel ephebi efficere. Discribit eam Age-
sanax poeta apud Plutarchum r) his uersibus:

Πατσα

m) TABLONSKI L c. P. I, lib. I, p) de Iside, p. 367

cap. 4. §. 10

q) Orat. ad Graec. p. 40

n) OVIDIUS Metam. XIV, u. §98 r) De facie, quae in orbe lunae

o) L. c. p. 171

apparet, Tom. II, OO. p. 920

Πάτηται μεν ἡδὲ περὶ τοῦ λαμπτέται εἰς δύο τοις μέσον

Γλωσσοτεργεν κακαντος Φανεται, ἡτοι καρος

Ομηρ, και σύγχρι μετωπα δ' ἐξευθεῖς αντα είσιν.

Hanc faciem ephobi esse putabant ueteres, quem Luna perpetuo secum ferre gauderet. Clare hoc indicat Valerius Cato, s) si uera est lectio, quam his in eius uersibus constituit Jos. Scaliger: t)

Sidera per uiridem redeunt cum pallida mundum,
Inque uicem excurrunt; atque aureus orbis ephebus
Luna tuis est tecum, cur non q̄st et mea mecum.

His igitur locis cum testimonia Tatiani collatis, probabile uidetur, Hadrianum credi uoluisse, faciem in orbe lunae esse Antinoi consecrati, et a Luna suscepit. Sed plura de Hadriani ineptiis nec habet, nec uacat dicere. Etenim uix tanti sunt, ut operiosius excutiantur, et nostra haec de Phosphoro gentilium disputatio iam iusto latius uideatur excreuisse

XVI

Ceterum illud celare nequeo, cum sensum inscriptionum, quae Deum Puerum Phosphorum adeo celebrant, accuratius conarer exquirere, diu me ea in opinione perstissime, titulos hosce forte hominibus Semi-Christianis aut Gnosticis deberi, qui Christum, Seruatorem nostrum, hoc elogio, profanis religionibus attemperato, decorare uoluerint. Hos enim homines Seruatoris maiestatem et munera Solis naturalis emblemata adumbrare solitos, eamque in rem Aegyptiorum theologiam cum Christiana miscuisse, multis e documentis, et maxime e geminis Gnosticorum Abraxeis, constat, neque multa probatione indiget. Exemplo in primis est oraculum,

E 3

s) In Dirs, u. 142

t) In notis ad Catal. Virg. p. 178

XXXVIII

lum, quod Macrobius afferit, et Apollini Clario tribuit. u)
 In quo Sol nouus et renascens ἀβρός Ιαώ, nomine sine du-
 bio e sacris Christianis petito, vocatur, sed cuius uerum
 auctorem hominem Gnosticum esse, clarissime demonstra-
 uit Celeb. P. E. Jablonki. x) Si igitur Christum nascentem
 cum Sole renouato, sive Harpocrate Aegyptiorum
 comparauit Gnosticus, sane eiusdem fufuris homo eum
 titulo Dei Pueri et Phosphori decorare potuit, quibus
 elogiis sciebat Christum ipsa in Scriptura S. ornari. Sed
 in eam opinionem, cuius haud certa argumenta extant,
 iam operofius inquirere non uacat. Illud adhuc annotare
 liceat, morem ecclesiae Christianae, quo natalem Seruatoris
 die XXV Decembris, sive octauo Calendas Januar.
 celebrat, sine dubio ea in opinione rationem et originem
 habere, qua Christum natum cum Sole naturali oriente
 assidue comparabant. Hoc enim tempore cum Sol in hi-
 berno solsticio renouatus apparet, et eodem die natalis *Solis*
Inuicti celebrari olim Romae soleret, ut testatur Calendarium
 sub Constantio Imp. editum, hinc factum esse arbitrор,
 ut illud tempus Seruatoris natali aptissimum existi-
 maretur.

XVII

Sed in frequentissimo Solis et siderum, imprimisque
 Phosphori, cultu quid aliud, quam sumnam profanarum
 gentium coecitatem et superstitionem intelligimus. Hoc
 magis a nobis adorandus est diuinus ille ΦΩΣΦΟΡΟΣ, illud
 ἀληθινὸν Φως, Jesus Christus, qui ad orbis terrarum salu-
 tem illucescens tenebras erroris et superstitionis coelesti
 doctrina discussit, et quem ipsi in Scriptura S. reluentem
 agnouimus. Ipsum hoc eius nomen nos admonet, quantis e
 tenebris eius beneficio liberati, quantaque luce donati si-
 mus. Hic est ille Phosphorus, qui diem salutis et annum
 complacentiae diuinæ inchoauit, quo recepti in Dei gra-
 tiam

u) *Saturn. lib. I, cap. 18.*x) *Panth. Aeg. lib. II, cap. 6, §. 5, et 6*

tiam iam aeternae saecula gloriae exspectamus. Amplius
dinem diuinæ gratiae hoc maxime tempore diligentius
meditemur, quo memoriam nati Scrutoris, illiusque di-
ei renouamus, quo diuini Φωσφορος lux toti terrarum or-
bi exorta est. Capiamus ex hac meditatione incitamen-
tum pietatis nostræ, ut diuina Euangeli luce collustrati
dignos hoc beneficio nos praestemus, et, filios nos esse
lucis, tora uitæ ratione et sanctitate morum comprobe-
mus. Ipse nos propter ortum diuini Phosphori ad recte
factorum studium excitat Apostolus, Rom. XIII, 12: *Dif-
cessit nox, dies adest. Quare deponamus opera tenebrarum,
et induamus arma lucis, honestaque nos, ut in die, geramus.*

P·P· In Academia Julia Carolina sacro nativitatis

Christi, A· MDCCCLV





AB: 153369



5b,

R





D E
C H R I S T O
P H O S P H O R O N O S T R O

A D L O C O S I V C I , 78. 2 P E T R . I , 19.

A P O C . X X I I , 16.

I T E M D E

D E O P H O S P H O R O
P R O F A N A R V M G E N T I V M
P R O G R A M M A

S A C R O C H R I S T I N A T A L I T I O

A R S C I C I O C C L V
I N A C A D E M I A I V L I A C A R O L I N A

P P

H E L M S T A D I I

T Y P I S B P P S C H N O R R I I
A C A D T Y P O G R